



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum liceat viro repudiatam a se accipere? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

relligitur quantum ad tempus nouæ legis, in quo di-
sta permissio est sublata: & sic etiam intelligitur
quoddam verbum Chrysoft. * qui dicit quòd qui se-
cundum legem dimittit vxorem, quatuor facit iniqui-
tates: quia quo ad Deum, exiit homicida, in quan-
tum habet propositum occidendi vxorem, nisi eam
dimitteret: & quia dimittit non fornicantem, in quo
solo casu lex Euangelij vxorem dimittere permittit:
& similiter quia facit eam adulteram, & illum cui co-
pulari.

hom. 12.
in Matt.
in opere
imperfe-
cto non
multiū re-
mote ante
mediū
to. 2.

Ad quintum dicendum quòd quidam gloss. inter-
linearis dicit, Polluta est & abominabilis: sed illius
iudicio qui quasi pollutam eam prius dimisit: & sic
non oportet quòd sit polluta simpliciter. Vel dicitur
polluta eo modo quo immundus dicebatur, qui
mortuum tangebatur vel leprosum, non immunditia
culpe, sed cuiusdam irregularitatis legalis: vnde &
sacerdoti non licebat viduam, aut repudiatam ducere
in vxorem.

ARTIC. V.

Utrum liceat viro repudiatam à se, accipere?

284

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd lice-
bat viro repudiatam à se, iterum accipere. Li-
cet enim corrigere quòd male factum est. Sed male
factum erat, quòd vir vxorem repudiabat. Ergo lice-
bat hoc corrigere reducendo vxorem ad se.

¶ 2 Præterea, Semper licuit peccanti indulgere,
cum sit morale præceptum, quòd in omni lege ma-
neret. Sed vir accipiendo vxorem repudiatam, ei pec-
canti indulgebat. Ergo hoc licitum erat.

¶ 3 Præterea, Deut. 24. ponitur pro causa quare
vxor repudiata non possit iterum accipi: quia pollu-
ta est. Sed repudiata non polluitur, nisi alterum vi-
rum ducendo. Ergo saltem ante quàm alium virum
duceret, licebat eam accipere.

SED contra est, quòd dicitur Deuter. 24. Non po-
terit prior maritus recipere eam, &c.

RESPONDEO, dicendum, quòd in lege de libello

Q9 4 repu-

repudij duo erant permiffa, ſcilicet dimittere vxorem, & vxorem dimiffam alteri iungi: & duo precepta, ſcilicet ſcriptura libelli repudij, & quod iterum maritus repudians eam accipere nō poſſit. Quod quidem, ſecundum eos qui primam opinionem tenent, factum fuit in pœnam mulieris, quæ alteri nu-
pfit, & in hoc peccato polluta eſt. Sed ſecundum alios, vt vir non de facili vxorem repudiaret, quam poſtea nullo modo recuperare poſſet.

Ad primum ergo dicendum, quod ad illius mali impedimentum, quod committebat aliquis repudiando vxorem, ordinabatur quod vir vxorem repudiatam aſſumere iterato non poſſet: & ideo diuinitus ordinatum fuit.

Ad ſecundum dicendum, quod ſemper licuit indulgere peccanti quantum ad rancorem cordis, ſed non quantum ad pœnam diuinitus taxatam.

Ad tertium dicendum, quod in hoc duplex eſt opinio. Quidam enim dicunt, quod licuit vxorem repudiatam viro reconciliari, niſi matrimonio alteri viro eſſet iuncta. Tunc enim propter adulterium cui ſe mulier voluntarie ſubdidit, in pœnam datur ei, quod ad priorem virum non rediret. Sed quia lex vniuerſaliter prohibet, ideo dicunt alij, quod etiam antequam alteri nuberet, non poterat reuocari, ex quo repudiata erat: quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam, ſed vt dictum eſt *.

ARTIC. VI.

Virum cauſa repudij fuerit odium vxoris?

Ad ſextum ſic proceditur. Videtur, quod cauſa repudij fuerit odium vxoris. Nam Malac. 2. dicitur, Cum odio habueris, dimitte. Ergo, &c.

¶ 2. Præterea, Deuter. 24. dicitur, Si non inuenit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fornicationem, &c. Ergo idem quod prius.

SED contra, Sterilitas & fornicatio magis contrariantur matrimonio, quam odium. Ergo illa potius debuerunt eſſe cauſa repudij, quam odium.

¶ 4. Præ-

poſita ar.
3. huius
9. corp.
Al. reuo-
cate.

art. præc.
in reſp.
ad 5.

285